

## Universitätsbibliothek Paderborn

## Dei Immortalis In Corpore Mortali Patientis Historia

Stanyhurst, Guillaume Coloniæ Agrippinæ, 1694

§. I. Gaudium Herodis ob visum Christum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49178

De Christo patiente 208 vinitatis, non tantum es prope me, sed intra me Tu qui es in me, & ego in te, da ut semper posse deam te.

## CAPUT VI. Christus in aula Herodis.

Gaudium Herodis ob visum Christum.

T Andem post multa viarum diverticula, semi L tarum ambages, callium anfractus, pervenit is, qui est via & veritas, ad illum, qui errabatavia veritatis, hoc est, Christus ad Herodem. Quid illic actum, ita paucis complexus est D. Lucas:

Herodes autem viso lesu gavisus estvalde.

Istud non miror, quod Herodes viso Jesuga visus sit, & quidem gavisus valde. Quis non gau-Tr. 2.15. deat præsente co, qui est gaudium universaterra! Luc.1,44. Adhuclatebat Præcurfor Domini in utero, & Gaudiu præsente Domino exultavit in gaudio infans in # tero. Adhuc jacebat omnibus incognitus, Deus fummü ille absconditus in præsepio, & ecce mittuntur Jesum. coelestes ex alto præcones, ut omnes ad gaudis erigant. Ecc evangelizo vobis gaudium magnum, quod Luc.2, II erit omni populo. Tres illi qui venerantex Oriente Magi, visâ tantum stella, que ad eum ducebat Matth. 2.

gavisi sunt gaudio magne valde. Quis ergo miretur si Herodes viso Jesugavisus est valde? si quodes gaudium in coelo Patriarchis, Prophetis, Regbus; si quod Apostolis, Martyribus, Confessor bus, Virginibus; si quod est gaudiu Angelis Del

Apoc. 7.9 & omnibus Electis, qui sunt turba magna, quan dinumerare nemo potest; illud est gaudium supero mne gaudium, videre Jelum. Spongia projecti in medium oceani non tam est plena undique

aquaj

mê

Mi

emi

renit àvia

Quid

:as :

u ga-

gau TYA !

, &

in 11-

Deus .

ntur

udiù

,quod

rien-

ebati

retur odeff

egi-

fort-

Deli

qualit er o

ijeds

lique

iquaj

aqua, quam sit anima cujusque electiin colo repleta gaudio; & quidem gaudio magnitudine immenso; tempore, infinito : quia gaudium illorum nemo tollet ab illis. Jam verò omnes illi rivigaudiorum, per omnes Angelos, & beatas mentes longissime latissimé que diffusi, profluunt ex Jusu clarè viso. Non alium ob finem sumus in mundum educti, nati, creati, redempti, quam ut tota æternitate videamus faciem Jesu: unum quod pro omnibus laboribus expectamus præmium, unum quod speramus post hanc vitam bonum; quam optamus, felicitas; & qua fruemur, salus, est videre faciem Jesus Jesus enim cum sit homo-Deus, clarè visus est homini plena salus. Quid ergomirum si Herodes viso Jesu sit gavisus ? unum ego miror, quia videtur mihi mirabilium omniu mirabilissimum, quòd nos Christiani non gaudeamus viso Jesu. Nec enimalium vidit Herodes in aula, quam nos in hac aratimo non alium, unde sunt beati, vident Electi omnes in coelo, quam nosintemplo. Unde, si quod dico ego coram Jesu, quisque crederet, & firmiter crederet esse verum quod dico de Jesu, nemo extota hac turba momento uno viveret, sed præ immensa exuberantis gaudii à Jesu emanantis, copia deficeret;& sicut cera ante faciem ignis, sic ante faciem Jusu (est enimignis consumens) pre amore liquesce. Deue. ret. Ecce ille, unde tota debemus gaudere æterni- 24. tate; qui unus est gaudium omnium, non longe est ab unoquoque nostrum. Gaudete ergo in Domino Phil. 4.40 semper: iterum dico, gaudete ; Dominus enim prope est; sic utvideat nos, & videatur à nobis. Si ita est, quare trifiu es anima mea, & quare conturbas me ? Si Herodes infigniter reprobus, incestuolus, tyranaus, Dei inimicus, gavisus est viso Jesu, qui erat iplius

De Christo patiente. ipsius Judex; cur nos Christiani non gaudemus viso Jesu, qui est omnium nostrum pater? An beatiorem te censuisses, si Christum vidisses facie ad faciem, ut Herodes, quam ut modo vides per speculum in anigmate, hoc est, per fidem? Erras 104n. 20. quid enim dixit Christus Thomæ? Quia vidistim Thoma, credidifti; beati qui non viderunt, & credide 29. runt. Beati ergo nos qui no videmus, & credimus Hæcest enim vera sides, credere quod non vides Si ergo credimus illic esse, quem non videmus, cur non gaudemus? Gaudes te ex nihilo creatum hominem, capacem æterne glorie? Jesus te crea vit; cur viso Jesu non gaudes? Gaudes temorii aterne reum redemptum, Jesus te redemit. Gou des te evasisse mortem, sperare vitam, te ereptum ex tenebris & umbra mortis, vocatum ad lumen illud admirabile; tot denique, quot nec aufustulses sperare, & obtinuisse bona, & evasisse mala! Hæc omnia & effugisti, & obtinuisti solius bene Gaudiu ficio Jesu: cur ergo viso Jesu non gaudes? Dil. cutiamus que tibi sit materia gaudendi. Turget èrebus vanis est tibi crumena loculentis aliquot nummis : gaudes; accedit fur, & eripit tibi materiam gaudii,& yanum. simul tuum gaudium. Gaudes quod emendicatis ab ove velleribus, muricetin cis, & bombycum evisceratis exuviis, splendidis, inquam, fulgeas vestibus. Arrepit tinea, corrodit vestes; tollitur 0 tibi gaudium. Gaudes quia rident tibi purpurez in vultu genæ, candet eburneum collum, Audust per cervicem aurea cælaries, formatibi immodicè venusta & speciola est. Corripit te febricula formæ illa venustas defloratur; tolliturtibituum gaudium. Ogaudium diarium, imò horarium, ne dicam momentaneum! vix percipitur, mox esunguitur. Si aliunde gaudes quam ex Jusu, gaudium

c fe I v u Ph

mus

An

tacie

s per

rras

Ai me

dide-

mus.

ides.

mus,

atum

crea.

ortis

Gau.

otum

men

fuil-

iala!

ene-

Dif.

irget

gau-

111,8

catis

cum

geas

licur

irez

**Quat** 

odia

ula

lum

1,ne

ex.

1211

UM

dium tuum quilibet tollet à te. O gaudium cordis meil Gaudeantalii ad sonitum organi : alius gaudio 106.11.12 gande at Super vocem fonfi: alius gaudeat Super ini. quitate: alii lætentur cum male fecerint, & exultent in rebus pessimis. Non invideo illis sua gaudia. In quo ergo tu gaudebis, & exultabis, cum non possis vi vere fine gaudio? Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Jesu meo. Vis ergo gaudium fincerum, solidum, stabile, constans: visgaudium, quod nulla mundi turbatio, nulla temporis vicifitudo, nulla rerum adversitas, nullus hominum tumultus, nullus fortunæ caius tollatà te? Sit tibi gaudendi causa non tantum summa, sed sola: quia Deus est Deus. O quanta hic mihi accrescit læti- Gaudiū tiæ leges, cum tu Deus semper sis Deus! Agitetur mundus bellorum fluctibus, & præliorumo- in quo tibus misceatur: alternis casibus alterni succedant confistat casus: susque déque ferantur omnia: hoc mihi semper & immutabiliter manet, quod Deus sit Deus. O homines omnes, ad hoc stabile gaudium vos unà mecum invito! Venite, jubilemus, & exultemus, & demus gloriam Deo nostro: sumite psalmum, & date tympanum : plaudite manibus, hymnum dicite, & pfallite, lætamini, & gaudete: quia Deus est, & fuit, & erit semper Deus, ab zterno in æternum beatus Deus. O Divi Divæq; omnes, quanta est vestra felicitas, quibus datum est semper in hoc gaudio, per totam consequentem aternitatem, fine ceffatione, & cum tota qua potestis contentione persistere! O Jesu omne gaudium meum, quia omne bonum meum! Optarem omnium Angelorum mentes, & hominű corda solus haberem, quibus gauderem de co quod es,& per omnem æternitatem eris in splendoribus Sanctorum, & inaccesso lumine SS. Tri-

104n.3.29 1. Cor. 13 . Eccl.2.2. Hab . 3 . 8 .

De Christo patiente nitatis. Delector ultra omnem modum viderete Supra Angelos & homines exaltatum, in iplins Dei solio assidere, omnis ejus gloria consortem, Incredibili gaudio perfundor, dum intelligoip. sos adeò Seraphicos spiritus, imò omnes novem Angelorum Choros, & universas cœli Potestates ad tuos pedes coronas suas abjicere, & infinito intervallo te universos orbis Principes & Mo. narchas transcendere. Prælætitia me non capio, P quando considero, omnes animas, quæ modò cœlesti gloria fruuntur, tibi soli debere, quodilli fruantur: illos esse fructus sanguinis, ac spoliala boris tui. Omnes facultates animæ meæ præ consolatione gestiunt, cum mihi proponodiemil-81 lum, quo tu triumphantis more, alis Cherubinodi rum insistens, descendes cum omni pompaglopi riæ, sedebis supremus Judex vivorum ac morpr tuorum. O quale gaudium erit, tunc ex ore tuo gr Matt.25. audire: Intraing audium Dominitui! Tuncubividero te, Jesu, gaudium cordis mei, gaudebo val-F€ de & gaudebo gaudio magno nimis, quia tum di gnus, & laudabilis, & amabilis es nimis. a S. II. te Christus ab Herode de multis interrogatus, bi fic nibil respondet. 10b.12.18 STabathic vinctus funibus Rex regum, qui balpo 7125 ru rum, coram sacrilego Rege Herode, qui noneral te dignus solvere corrigiam calceamentiejus, imo bu nec pulverem pedum ipsius lingere. Herodes, re Luc.23.9. quem disertum faciebat dicax curiositas: Intern. gabat eum multis sermonibus. Instabat opportune,

importune; urgebatur ut loqueretur, hortabatus supplicabat, blandiebatur, nihil non lenociniis

988

n

Se

Q

C

na

minis,